



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum  
Libri quinque**

**Coster, Franciscus**

**Antverpiæ, 1587**

Hymnvs In Lavdem D. Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

# HYMNVS IN LAVDEM D. VIRGINIS.

**A**VE maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Fælix celi porta:  
Sumens illud Ave,  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Euse nomen.  
Solute vincla reis,  
Profer lumen oecis:  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.  
Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Versl. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.  
Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.  
Virgo singularis  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos  
Mites fac & castos.  
Vitam praesta puram,  
Iter paratum:  
Ut videntes Iesum  
Semper collatemur.  
Sit laus Deo patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui sancto,  
Trinus honor unus. *Ansew.*

## Oratio.

Defende quæsumus Domine, B. Maria  
semper virgine intercedente, istam ab  
omni aduersitate familiam, & toto corde  
tibi prostratam, ab hostiū propitius tue-  
re clementer insidiis, per Christum Do-  
minum nostrum. Amen.

## Antiphona.

**S**ALVE Regina, mater misericordia, vita,  
dulcedo, & spes nostra salve. Ad te clama-  
mus exules filij Eua. Ad te suspiramus gemen-  
tes & flentes in hac lachrymarum valle. Eis  
ergo

ergo aduocata nostra , illos tuos misericordes  
oculos ad nos conuerte . Et Iesum benedictum  
fructum vētris tui,nobis post hoc exilium ostendere.  
O clemens, O pia, O dulcis virgo Maria.

Verl. Ora pro. Resp. Ut digni.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui glorio-  
ſæ virginis Matris Mariæ corpus & animam,  
vt dignum Filij tui habitaculum effici mere-  
retur, Sp̄itu ſancto cooperante præparasti:  
da, vt cuius commemoratione lētamur, eius  
piatice interceſſione ab instantibus malis , & à  
morte perpetua liberemur. Pereundē Chri-  
ſtum Dominum nostrum, Amen.

ORATIO SODALITATIS IN  
admissione à singulis recitanda.

S A N C T A Maria Mater Dei & Virgo, Ego  
N. te hodie in Dominaam, Patrēnam, &  
Aduocatam eligo, firmiterq; statuo ac propo-  
no, me nunquam te d̄relicturum, neq; con-  
tra te aliquid vñquam dicturū aut facturū,  
neque permissurū, vt à meis subditis aliquid  
contra tuum honorem vñquam agatur. Ob-  
secro te igitur, fūſcipe me in seruum perpe-  
tuū, adſis mihi in actionibus omnibus meis,  
nec me deferas in hora mortis. Amen.

P R O-